



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum mutilati debeant inungi illis vnctionibus? 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

274 QVÆST. XXXII. ART. VII.  
genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium, & honestatem sacramenti non debet vinctio adhiberi.

ARTIC. VII.

132

*Vtrum mutilati debeant inungi illis vinctiōibus?*

**A**D septimum sic proceditur. Videtur quod mutilati non sint inungendi illis vinctiōibus, quia partibus illis competunt. Quia sicut hoc sacramentum exigit determinatam dispositionem in suscipiente, ut scilicet sit infirmus: ita & determinatam partem. Sed ille qui non habet infirmitatem, non potest inungi. Ergo nec ille qui non habet partem illam, in qua debet fieri vinctio.

**¶** Præterea, ille qui est cæcus à natiuitate, non deliquit per visum. Sed in vinctiōe qua fit ad oculum fit mentio de delicto per visum. Ergo talis vinctio cæco nato non debet fieri: & sic de alijs.

**SED** contra est, quod defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramentum. Ergo nec istud impedire debet. Sed de necessitate istius sacramenti est qualibet vinctiō. Ergo omnes debent fieri mutilati.

**RESPONDEO** dicendum, quod mutilati etiam inungi debent, quanto propinquius fieri potest, ad partes illas, in quibus vinctio fieri debuerat: quia quibus non habeant membra, habent tamen potentias animæ quæ illis membris debentur, saltem in radicibus interioribus peccare possunt, per ea quæ ad partes illas pertinent, quamuis non exterius.

**¶** Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVÆST. XXXIII.  
*De iteratione huius sacramenti, in duos articulos diuisa.*

**D**Einde considerandum est de iteratione huius sacramenti.

**¶** Circa quod quærentur duo.

**¶** Primo, vtrum hoc sacramentum debeat iterari?  
**¶** Secundo, vtrum in eadem infirmitate debeat iterari?

AR-